*Adificabo te, & adificaberis.* *Ierem.* 31. 4.  
*Adificabo eos, & non destruiam.* *Ierem.* 24. 6. & 42. 10. 2. *Corinth.* 10. 8. & 13. 10.  
*Converte me, & convertar.* *Ierem.* 31. 18.  
*Thren.* 5. 21.  
*Seducisti me Domine, & seductus sum.*  
*Ierem.* 20. 7.  
*Mutabis eos, & mutabuntur.* *Psal.* 101. 27. *Hebr.* 1. 12.  
*Aversione averte.* 3. Reg. 9. 6.

## TAUTOLOG. III.

Reg. 10. v. 11. *Gemmas pretiosas.*  
*Tesauri pretiosi.* *Ecclesi.* 41. 15.  
*Avaritiam malam.* *Habac.* 2. 9.  
*Inaurata auro.* *Apocal.* 17. 4. 18. 16.  
*Quae aurea aurea, quae argentea argentea.* 4. Reg. 25. 15.  
*Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus.* *Apoc.* 3. 16.  
*Pretium, quo appetiatus sum.* *Zach.* 11. 13. *Matth.* 27. 9.

## TAUTOLOG. IV.

Reg. 11. v. 11. *Dirumpens scindam.*  
*Dirisit mare Rubrum in divisiones.* *Psal.* 135. 13.

## TAUTOLOG. V.

Reg. 22. v. 10. *Propheta prophetabit.*  
*Nuncius Domini, de nuncijs Domini.* *Agg.* 1. 13.  
*Verba prophetarum, qui prophetant.* *Ierem.* 23. 16. & 27. 16.  
*Vocem sicut citharcedorum citharizantium in citharis suis.* *Apoc.* 14. 2.  
*Ministerium in ministrando.* *Rom.* 12. 7.  
*Vocatione vocatus.* *1. Cor.* 7. 20. *Ephes.* 4. 1. 2. *Timot.* 1. 9.

## TAUTOLOG. VI.

Reg. 1. v. 2. *De infirmitate mea haec.*  
*Egrotabat infirmitate.* 4. Reg. 13. 14.  
*Sana me Domine, & sanabor.* *Ierem.* 17. 14.  
*Obducam sanitatem, & curabo.* *Ierem.* 33. 6. *Itai.* 1. 6.  
*Recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.* 4. Reg. 5. 10. *Marc.* 1. 42.  
*Ventilatores ventilabunt.* *Ierem.* 51. 2.  
*Cuius rubigo in illa est, & rubigo eius non extitit de ea.* *Ezech.* 24. 6.  
*Scopabo eam in scopis.* *Itai.* 14. 23.

## TAUTOLOG. VII.

Reg. 18. v. 36. *Tacuit populus, & non respondit quicquam.*

# Tautologiarum.

## TOMUS VII.

### TAUTOLOGIA PRIMÆ.

*Iob.* 14. v. 1. *Homo natus de muliere.*  
*Filiam faminarum.* *Daniel.* 11. 17.  
*Filij binominum.* *Psal.* 4. 3. *Sæpe in Scriis ptura.*  
*Ioseph, qui natus est homo.* *Ecclesi.* 49. 17.  
*Fratres tui, fratres tui.* *Ezech.* 11. 15.  
*Soror sororum tuarum es tu.* *Ezech.* 16. 45.  
*Filia matris tua es tu.* *Idem ibid.*  
*Mittam te, & matrem tuam, quae genuit te.* *Ierem.* 22. 26.  
*Matrem filiorum.* *Psal.* 112. 9.  
*Filia patris.* *Ecclesi.* 42. 9.  
*Filij patris vestri.* *Matth.* 5. 45.  
*Filius sui patris mei.* *Prop.* 4. 3.  
*Patrem tuum, qui genuit te.* *Ibidem.* 22.  
*Offeret hircum de capris.* *Levit.* 4. 23. *Iud.* dic. 13. 15. *1. Reg.* 16. 20. *1. Eldr.* 6. 17. & saepe alias.

*In tauro de bobus.* *Paral.* 13. 9.  
*Arietem de ovibus.* *1. Eldr.* 10. 19.  
*Arietes ovium.* *Psal.* 64. 14.  
*In ovile ovium.* *Iohann.* 10. 1.

### TAUTOLOG. II.

*Iob.* 19. v. 27. *Quem visurus sum ego ipse, & oculi me conspiciantur sunt, & non alius.*  
*Surrexit Dominus verè.* *Luc.* 24. 34.  
*Mortuus suscitatus.* *Matth.* 10. 8.  
*Resurget in resurrectione.* *Iohan.* 11. 24.  
*In resurrectionem vitæ.* *Iohan.* 5. 29.  
*Resurgens ex mortuis.* *Rom.* 6. 9.  
*Occurrat ad resurrectionem, quae est est mortuis.* *Philip.* 3. 11.  
*Suscitans suscitabis.* *Habac.* 3. 9.  
*Suscitavit me quasi virum, qui suscitatur a somno suo.* *Zach.* 4. 1.  
*Dormivi, & soporatus sum.* *Psal.* 3. 6.  
*Dormierunt somnum suum.* *Psal.* 75. 6.  
*De dormitione somno.* *Iohan.* 11. 13.

### TAUTOLOG. III.

*Psal.* 3. v. 5. *Vocem meam ad Dominum clamavi.*  
*Ad ipsum ore meo clamavi.* *Psal.* 65. 17.  
*Vocem verborum.* *Hebr.* 12. 19.  
*Vociferabitur, & clamavit.* *Itai.* 42. 13.  
*Exaudi vocem meam, quae clamavi ad te.* *Psal.* 26. 7. 76. 2. & 141. 1.  
*Audi vocem loquentis.* *Ezech.* 2. 1.  
*Pfallentes in vocibus suis.* *Ibidem.* 50. 20.  
*Sonet vox tua in auribus meis.* *Cantic.* 2. 14.  
*In loquela labij.* *Itai.* 38. 11.  
*Qui loquitur lingua.* *1. Corint.* 14. 2. 4.  
*Oratione oravit.* *Iacob.* 5. 17.

## Apparatus

### TAUTOLOG. IV.

Pfal. 3. v. 5. *Voce mea clamavi.*  
*Exultatione exultabunt.* Psal. 131. 16.  
*Exultabit letabunda.* Hai. 35. 2.  
*Gaudens gaudebo.* Ibid. 61. 10.  
*Gaudete cum ea gaudio.* Ibid. 66. 10. Ioan. 3. 29. 1. Thesi. 3. 9.  
*Gaudebit letitia.* Sophon. 3. 17. Luc. 1. 44.  
*Gaudium, & letitiam.* Psal. 50. 10. Sapient. 8. 16. Hai. 35. 10. & 51. 3. 11. Jer. 15. 16.

### TAUTOLOG. V.

Pfal. 39. v. 2. *Expectans expectavi.*  
*Expectatio praesolantis.* Prov. 17. 8.  
*Expectationem, & spem.* Phillip. 1. 20.  
*Consiabat cum omni spe.* 2. Mach. 15. 7.  
*Concupiscit, & desiderat.* Prov. 21. 26.  
*Desiderio desideravi.* Luc. 22. 15.  
*Baptismo baptizor.* Marc. 10. 38. 39.

### TAUTOLOG. VI.

Pfal. 46. v. 9. *Sedet super sedem.*  
*Sederunt sedes.* Plal. 121. 5.  
*Cum sederit in sede.* Matth. 19. 28.  
*Super sedem sedens.* Apoc. 4. 2. 11. 16.

### TAUTOLOG. VII.

Pfal. 63. v. 7. *Scrutantes scrutinio.*  
*Ego cogito contra vos cogitationes.* Ierem. 18. 11. 18. 29. 11. 49. 30. 50. 45.

### TAUTOLOG. VIII.

Pfal. 117. v. 11. *Circumdantes circumdederunt me.*  
*Gyrum caeli circuiti.* Eccli. 24. 8.  
*Circuitat in circuitu.* Marc. 6. 6.

### TAUTOLOG. IX.

Pfal. 125. v. 6. *Venientes venient.*  
*Veniens veniet.* Habac. 2. 3.  
*Qui venturus est veniet.* Hebr. 10. 37.  
*Appropinquaverunt, & accesserunt.* Hai. 41. 5.  
*Sollicitudine non pigri.* Roman. 12. 11.

### TAUTOLOG. X.

Eccli. 3. v. 2. *Tempus plantandi, & tempus excellendi, quod plantatum est.*  
*Evellam evulsionem.* Ierem. 12. 17.

## TOMUS VIII.

### TAUTOLOGIA PRIMA.

Sap. 11. v. 2. *Iter fecerunt per deserta, quae non habitabantur.*  
*Idem, Ierem. 6. 8. 44. 2. 51. 43. Actor. 1. 20.*  
*In desertum solitudinis.* Ierem. 12. 10.  
*In desertum, & in solitudinem.* Ezechiel. 29. 9.

### TAUTOLOG. II.

Eccli. 5. v. 3. *Vindicans vindicabit.*  
*Vindicta ulciscerem.* Ezech. 24. 8.

*Servans servabit.* Eccli. 28. 1.  
*Reddens retribuens.* Ierem. 51. 56.

### TAUTOLOG. III.

Hai. 16. v. 14. *Parvus, & medicus, nequaquam multus.*  
*Viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt.* 1. Machab. 9. 6.  
*Ibi fuerunt gigantes statura magna.* Baruch. 3. 26.

### TAUTOLOG. IV.

Hai. 36. v. 15. *Eruens liberabit nos.*  
 Idem 4. Reg. 18. 30.  
*Creatura liberabitur a servitate corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei.* Roman. 8. 21.  
*Non sumus ancille filij, sed liberae, qua libertate Christus nos liberavit.* Gal. 4. 31.  
*Eripuit, & eruit.* 2. Corint. 1. 10.  
*Ut saltem umbra illius obumbraret.* Actor. 5. 15.

### TAUTOLOG. V.

Hai. 42. v. 17. *Confundantur confusione.*  
*Adoratores adorabunt.* Ioan. 4. 23.  
*Venientem angebat.* Luc. 7. 38. 46.  
*Unxit unguento.* Ioan. 11. 2.

### TAUTOLOG. VI.

Ierem. 9. v. 4. *Supplantans supplantavit.*  
*Fratribus pacem bonam.* 2. Mach. 1. 1.

### TAUTOLOG. VII.

Ierem. 20. v. 14. *Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea.*  
*Quando nata es, in die ortus tui.* Ezech. 16. 4.

### TAUTOLOG. VIII.

Ierem. 23. v. 2. *Hec dicit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascunt.*  
*Pastores, & pascunt eos.* Ibid. v. 4.  
*Mercenarius autem, & non est pastor, cuius non sunt oves proprie.* Ioan. 10. 12.  
*Rapiebant violenter.* Ezech. 22. 29.  
*Fur est, & latro.* Ioan. 10. 1.  
*Fures furantur.* Match. 6. 19.  
*Posuit ibi custodes, ut custodirent.* 1. Mach. 12. 34. Act. 12. 6.

### TAUTOLOG. IX.

Marc. 13. v. 26. *Propter electos, quos elegit.*  
*Sortitus est fortem.* Actor. 1. 17.

### TAUTOLOG. X.

Daniel. 7. v. 14. *Aeterna, quae non auferetur.*  
*In perpetuas aeternitates.* Ibid. 12. 3.  
*regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis.* Luc. 1. 33.

### TAUTOLOG. XI.

Ioan. 3. v. 29. *Qui habet sponsum, sponsus est.*

### TAUTOLOG. XII.

Ioan. 5. v. 25. *Venit hora, & nunc est.*  
*Venit hora, & iam venit.* Ibid. 16. 32.

PROLOGUS

## PROLOGUS GALEATUS

### PRO SCRIPTURÆ TAUTOLOGIJS, & totius operis argumentum.



§. I.  
 Autologias è regio Scrip-  
 turæ pàcarculo exce-  
 ptas, haud incuriosè de-  
 promptas, pro captu se-  
 legi, quasi in pergula ar-  
 tificum opera, com men-  
 tarijs exponere, luce publica donare. Aca-  
 men mysterij latrantis & concepti, intelle-  
 ctum studiosè stimulat, ut novitate ductus,  
 thesauros, ubi non apparent, libenter ex-  
 hauriat. Nihil fortius allicet, nihilque sua-  
 vius allecèat, nec volupe magis animum af-  
 ficit ( siquidem trahit sua quemque volu-  
 ptas ) quam in locis glabris lubito floralia,  
 in abditis viridarium, in sterilibus rosetum,  
 in re intellectui avia, obvia invenire mira-  
 cula, & occurrere aspectui mificica. Quid  
 iucundius evenire poterit rationali; quam  
 in eo, intra quod plus sollicitè indagando,  
 non quæratur, plus invenire? Quid homini  
 gratius, aut lætius, quam plus ultrà non  
 progredi posse, in eo quod patet, iudicio  
 iudicare re; & in eo, quod later, invenire plus  
 ultrà? Hoc floridè, ac lepidè fruatur quicun-  
 que facietijs Tautologiarum trahitur. Ma-  
 lorum puniceorum adinstar, intus ( præter  
 vividum extra colorem ) purpureos acinos  
 continentes, & conspectui sunt lumine de-  
 lecta biles, & palato inexperto voluptuosè  
 dulcio res. Si corticem primo oculorum iac-  
 tu lactatus lustras; nil supra, dices: si inten-  
 tà mente, recondita perferutaris, supra, plu-  
 ra, ac profundiora iucundissimè invenies.  
 Omnis gloria earum ab intus in granis au-  
 reis spiritualium divitiarum, circumamicarum  
 luculentè varietatibus sacramento-  
 rum. Lectitantur Pleonasmj, & exhillara-  
 tur animus: nihil amplius, & fursim & deorsum  
 inquiritur, quippequam omnia appa-  
 rent in cortice; sed in cortice non omnia.  
 Lætera occidit. Extrà, blanditur timens &  
 cultus viridantium foliorum; intrà, anim im-  
 mulcet fructus undecunquè pulcherrimus.  
 Nihil dictis videtur addere addita vox, dum  
 aliter esse non posse, iudicium reatur; sed illo  
 addito, ostenditur aliter posse. Profertur in  
 vocibus utique idem; & in eodem prologo  
 rursus, arcanum abditur.

In Sacra Scriptura, etiam quæ videntur  
 arida, floridissima sunt. Secus in Profana; cu-  
 ius splendor, nisi Divinæ ancilletur, arefcit,  
 Tom. I. Tant.

Chryso-  
 som.

D. Th.

Lucret.

Senec.

1 Forte his inipectis quispiam apud se  
 dicit: Papæ! Quid! Eugep! Quid animum  
 perpult ad hæc Tautologias illustrandas  
 excursibus, enucleadas expositionibus; dum  
 in Sacra pagina faturati filij opiparis ali-  
 cium epulis, è mensa à Sapientia Divina pro-  
 posita, dapibusque laete referta, suis reli-  
 quas dimiserunt parvulis, ostendentes viam  
 lata, & ritam, ita ut stulti non errent per  
 eam? Dico, genium esse.  
 Avia - peragro loca, nullius ante  
 Trita solo: iuvat integros accedere fontes,  
 Atque haurire, iuvatque novos decerpere  
 flores.

Succè nam cum Lucretio lib. 4. de Rerum  
 Natur. v. 1. Alipaliatur Senec. Epist. 80.  
 Non ergo se quor priores? Facio: sed permittio  
 tibi, & invenire aliquid, & mutare, &  
 relinquere. Non servio illis, sed assentior. Cu-  
 riosum nobis Natura ingenium dedit: & ar-  
 tis sibi, ac pulchritudinis sua conscia, specta-  
 tores nos in tantis rerum spectaculis genuit, per  
 ditura fructum sui, si tam magna, tam clara,  
 § ¶ ¶ ¶ tam

# Prologus Galeatus,

*tam subtiliter ducta, tam nitida, & non uno genere formosa, solitudinem (& non solitudinem) ostenderet: Subdit idem, de Otio Sapient. cap. 32. Novum nostrum erit argumentum: sed quemodo? aucti. Preterea qui altum sequitur, nihil invenit, imò nec querit. Quid ergo? Non ibo per priorum vestigia? Ego verò utar viâ veteri: sed si propiorum, planioreque invenero, hanc muniam. Qui ante nos ista moverunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus veritas, nondum est occupata: multum ex illa etiam futuris relicta est. Hac ex Seneca Epist. 33. In hoc ergo argumento possum dicere cum Ovidio lib. 3. Trist. Eleg. 11. Hec ubi sum furtim lingua titubante locutus, Qui mihi monstraret, vix fuit unus, iter. Dico, genium esse: pro quo Chrysothomus Homil. 21. in Genes. certat. Si tanto, ac tali patrono gaudemus; nobis volupe, gaudeamus. Ita ergo circa nostrum argumentum aureo (ut solet) ore locutus est: Si scriptis, que de secularibus negotiis ab hominibus conscribuntur, saepeque tempore corrumpuntur, vel etiam syllabam desisse, multum momenti habet; quantum magis hoc in Scripturis divinis à Spiritu Sancto compositis, invenitur à modo scribitur, & non temere progrediamur: sed intenta mente diligenter omnia consideremus, & non negligentiores simus alijs, qui hoc studio in profanis utuntur. Huculque Chrysothomus. Si in profanis studium laudabile est, etsi cumulant aceratam verba Commentatores (obliquo æstimo iudicio? Sanè recto.) ut sua quæque promant, non ut varijs eruditionibus, aut potius pateregis onent aliena (distrahunt, contrahunt, pertrahunt, quod sine mysterio fortunâ prolatum, aut lymphatico spiritu) quanto magis studio, & vigilantia dignum erit, scrutari, & persecrari in Sacris syllabas, apices, & puncta, quæ proculdubio afflata Sancto Spiritu, referta sunt sacramentis? Non licebit mihi, quod volo facere: Cum sua Gentiles studeant fragmenta Poëta Grædisonis pompare modis, tragicoque boatu, Ridicule Gea seu qualibet arte canendi, Sava nefandorum renovent contagia rerum, Et scelera monumenta canant, ritumque magistro, Plurima Nilivici tradant mendacia biblis? Ita Sedulius de Christ. Mirac. lib. 1. v. 17. Heu! Nonne erit alogia circa profana fatagere, expendendo orationum floridam concinnitatem, verborum accuratam coaptationem, propriorum cultum, exoticorum*

*ornatum, usus schematum opportunos, elegantem troporum aptitudinem, antiquarum eruditionum novitatem, novarum vigilem distributionem, in minimo apiculo artem (quod saepe rideo, quippe non ardet, & inceptiarum pudet.) Subtilia multa tractantes, dividentes (verba Augustini sunt tractat. 45. in Ioann.) desinentes, ratiocinationes acutissimas concludentes, libros implentes, suam sapientiam buceis crepantibus ventillantes (d Magni in magnis! dicam cum Luciano, dum in papilionum alis deaurandis, pingendis, variegandis Iupiter tempus & operam terebat indignè) & sacrum circa sacra studium, quorum quælibet ad nostram doctrinam scripta, temere, & deridete: Quid labyrintho Theſida erratis in antro, Et cæca Dadali lustratis limina tecti? Labrascam placidis quid adhuc præponitis cuius, Neglectisque roſis salincam sumitis agri? Quid lapides, atque ara coli, quid sana profanis. Proderit? Sic Vates, qui supra ibid. Si quis (aliquipulatur Basilius, in Proem. libellæ de Spirit. Sanct.) nostrum circa syllabas studium, nugacitatem vocet; ipse quidem in frugiferum visus sui fructum metat. Quare Ludovicus Ytella in Genes. 2. v. 4. inquit: Hæc omnia rejicienda non arbitror: siquidem Spiritus Sanctus tot in sacro eloquio sacramenta latere voluit; ut etiâ in literarum appositione & detractatione non minima cum Sanctis Patribus reperias. Denique Doct. consulas Alphons. Mendoza in Quodlib. eruditione omnigena refertis, Quæst. 10. Exposit. §. 2. Hic, ut ubi thesaurus, sit & cor, scopum figimus. Dignas Iovis concepimus curas. Satius esset otiosum esse, quam nihil agere: quod quidem aptè de scrutantibus supervacua dicitur; cum deficient scrutantes scrutationes. His non sine robore contigit, quod Heliogabalo congerenti (ut ait Lampridius) per totam urbem anxie arancas, pondo decem millium librarum, non aliò ducto, quam frivolo, & inani studio colligendi ex arancarum aggeribus magnitudinem Romæ Urbis, & supputatione ridicula, pariter Orbis. Non hæc eundem; sed quæ Dij vocant, scrutantibus scrutationibus consilia bona, quibus itur ad astra. Mentem hæc vertite cuncti. Astruit enim Basilius ubi supra, nobilitatem studij per isthæc verba: Laudo Amphilocho in moribus discendi studium, atque industriam; supraque modum delector istâ instantia, vigilantiaque mentis tue, qui putas nullam vocem ex his, que per universam*

Augst.  
Lucian.  
Idem.  
Idem.  
Idem.  
Basil.  
Ytella,  
Mendi.  
Lamp.  
Baül.

# & operis argumentum.

*Scripturam prædicantur, oportere in eo casu sam relinquere. Doctrina autem inebitum est oratio: orationis partes syllaba, ac dictiones: proinde syllabas discutere, non est aberrare à scopo. Nec verò quoniam alicui videantur minuta, ob id videri debent & negligenda: imò quoniam difficilis est inventio veritas, undique nobis est inuestiganda. Hæc divitias ex aurifodinis factorum librorum in lucem edere vellem. Dij faxint. Arcana & siparium mysteriorum his schematibus expansum, præter studium quiverit, vel terebraverit, referabo. Urinam fauste! Itaque, inquam cum Basilio Magno ibid. cum in minimis verbis conspiciam certamen maximum, spe præmi non detrectabo laborem; quem arbitror hæc disputatione tum mihi fore utilem, tum audientibus satis magnum fructum allaturum. Cominus accedamus.*

§. II.  
*Quid sit Tautologia?*

**D**ilectissimus stricte quidem Scriptura Tautologias (ad morum instructionem, & virtutis amplexum sacra penitus aptissima rudera, utpote phrasæ emphaticæ intencum finem vigilantè exponentes) ut arcana sub velamine verborum novam profuerant in lucem, & per ea quæ dicenda, intellecta conspiciantur; operæpretium duxi, ab earum concinnitate, usu, & artificio prologium sumere. Augustinus lib. 1. de Sermon. Domini in Monte sub init. Tautologiam, Circumlocutionem appellat, Hieronym. in Daniel. cap. 11. ad illud v. 17. *Filiam seminarum dabit ei*, vocat Pleonasmum; varijsque interdum nominibus apud Rhetores gaudet. Alij namque Synonymiam, Temoteleuton, alij Pleripleusiam, five Pleriploemiam, figurarum similitudine ductæ interpretantur, & non abs re. Vide Dominicum Macrum in Hiero. lexie. Verb. Pleroma. Alij denique Tautologiam cum Acyologia, Battologia, Macrologia, & Perilogia indifferetè, ac inconsulto confundunt. Ex quo næ inter Doctorum placita oritur opinio non varietas: nam Hieronymus ubi supra. *Filiam seminarum Pleonasmam dicit: sicque p. Antonius à Matre Dei in Prelud. Isagog. ad Sacr. Scriptur. Prælu. 3. Dub. 5. Excurs. 1. Sect. 7. num. 42. Pleonasmum inter schemata numerat, & in sacris literis inventiri astringit: ut illud Psalm. 73. 7. Incenderunt igni. Augustinus verò lib. 2. de Doctrin. Christ. cap. 27. Chrysof. Homil. 28.*

*in Genes. Salmeron Prologom. 13. Canon. 15. & Gaspar Sanctius pluribus in locis à Sacra pagina removere conantur: ut autem mens eorum, quæ primo aspectu ex diametro opposita dignoscitur, idem iudicium promere videatur; quid proprie per Tautologiam intelligitur, exponere, necesse putavi.*

*Tautologia seu Pleonasmus Græcè, Latine est eiusdem sententiæ per alia, atque alia verba repetitio. Ut illud Ovidij lib. 7. Metamorph. Fab. 28. Nescio quis, nomenque Aare tam saepe vocatum*

*Esse putas Nymphæ: Nympham mihi credit amari.*

*Ubi Natal. Comes: Pleonasmus est, ait: & lib. 13. Fab. 5. Cuius ipse sepulchrum*

*In genus hæc sevit, tumulo quoque sensibus bestem.*

*Virgilij etiam, Æneid. lib. 1. v. 50. & v. 618. Quam si fata virum servent, si vesceatur aurâ*

*Aetheriâ, neque adhuc crudelibus occubat umbris.*

*Sic ore locuta.*

*Quod quidem tautologicè iterat sæpe: igitur lib. 6. v. 76. 186. & 607. Finem adit ore loquendi.*

*Exurgitque facem atollens, atque intonat ore. Ad spectans ipsam immensam, & sic ore precatur.*

*Ubi Servius: Ore, superfluum. Lucretij denique illud lib. 3. de Rer. Natur. v. 406. Vivit, æthereas vitales suscipit auras.*

*Etiâ Rhetores & Hilkorici hoc schemate uti sint. Seneca ubi supr. Spectatores, inquit, spectaculis. Cicer. de Legib. lib. 1. Igne cremari voluit primus ex Patritijs Cornelius. Iullinus lib. 2. Fama ad utrumque exercitum pervenit, vixisse Græcos, & Mardonij copias occidisse: & lib. 22. Pæni occisione caesi. Plutarch. in Corvivo. Sapient. Mola mola. Domitius Calderin. in lib. Spectaculor. Martial. Epigramm. 30. Vulneribus vulnerati. Et Cafar Scalig. in Poëtic. de eodem Martiale profert: Carbone carbuncular.*

*2 Sacri profecto Scriptores frequentius quâ Profani, hæc figura effectus & affectus argutè exprimant: eoque in eorum argutijs, & sententijs plurimum valuit tautologicus stylus. S. Cyprian. lib. de Livore, & Invid. sic effatur: Si recesserunt de peccatore tuo tenebra, si nox inde diffusa, si caligo deterſa, si illuminavit sensus tuos splendor diet, si homo lucis esse coepisset, que sunt Christi sequere. Sæpe S. Pater & Monachorum*

Salmer.  
Sanc.  
Tautologia quid  
Ovid.  
Natal.  
Com.  
Ovid.  
Virg.  
Idem.  
Lucretij  
Seneca  
Cicæ.  
Iuliane  
Plutarch.  
Domit.  
Calder.  
Scal.  
Cyp.  
Dux

Idem.  
Chrysothom.  
Sedal.

Anton.  
à Marc.  
Dei.  
Augst.  
Chrysothom.



# Prologus Galeatus,

S. Bened.  
dicit.

Dux Benedictus utitur Tautologijs pro commendatione gnomes. In Prologo, eum S. Regulae: *Pergamus itinera*. Cap. 1. *Semper vagi, & nunquam stabiles*. Cap. 7. Grad. 1. *Obvionem omnino fugiat, & semper sit memor*. Demian cap. 21. *Decani super decanias*. Petrus Damianus Serm. 11. *Induit Maria speciem speciosam*. Rupert. in Cantic. lib. 6. *Pulebra palebritudine*. Bernard. Serm. de S. P. Benedicti. *Radicibus radicati*. Augustinus de S. Stephan. Serm. 2. *Oculis spectavimus*. Ambros. lib. 1. *Apolog. David*. cap. 2. *Currere cursum*. Et lib. 2. in *Luc.* cap. 2. *Non videat mortem, qui viderit vitam*. Greg. Magn. Homil. 7. in *Evang.* *Veritatem non fallaciter*. Ignatius Martyr *Epist.* ad Roman. *Christo crucifixus sum cruci*. Theodoretus *quest.* 37. in *lib. Regum*, de imbre dato Istacli, simulacri filij Saul suspensi fuerunt à Gabaonitis: *Fecit (ait) ut nubes parturientes parerent*. Euthimius in *Psalm.* 28. *Aran aratro*. Ioannes Climacus *Obedient.* Grad. 4. *Cum gloria gloriosus: & Amara amaritudo*. Novarinus *Schediasm.* lib. 9. cap. 2. *Caveat homo, ne auribus audiat, & de Umbra Virgin.* cap. 37. *Per purioris vitæ candorem candidus*. Etiam in *Joan.* cap. 8. *Vita illa vera est, qua nunquam quis moritur, qui vitæ illa vivit*. Gerson. de *Imitation. Christi* lib. 3. *Gaudet veraci gratia, non fallaci*.

P. Dam.  
Rupert.  
Bernard

August.

Ienac.  
Mart.  
Theod.

Euthym  
Ioann.  
Climac.  
Novar.

Gerson.

Sanct.

Gisland

Apont.  
Cornel.  
Alspid.

Imitati sunt Scripturæ usum Expositores facti. Sandius in *Paraphr.* cap. 7. v. 6. *Daniel. Pennata alis: & cap. 9. num. 128. Occiditur Christus, & non erit in vivis*. Gislandis in 8. *Joan.* Dub. 17. *Filius veracis veritatis*. Aponte in *Sapient.* 1. v. 13. *Letatur, & gaudet*. Cornel. Alapide in 2. ad *Thess.* 3. 17. *Salutationem hanc, qua vos saluto ego Paulus, & 1. Cor. 14. 19. ex Anselm. Intelligentia mea, qua ego ipse intelligo ea, qua ipse loquor*.

Dixi, *Imitati sunt*: quippequam Sacra Pagina Tautologijs abundat, maximè in fonte Hebræo, & Græco. Igitur ubi *Vulgata: Elevatis oculis vidit*. Genes. 13. 10. 22. 13. & 34. 1. Hebraico, Græco, & Chaldæo idiomate: *Oculis vidit: Vidit oculis suis: Respicitens vidit*. Plerique Doctorum, aquilæ magnarum alarum, ut suis ingeniosis expositionibus medullam cæci lepide tollant, & enucleatione veritatis in vocibus consulto reclusæ, sensum legitimum ignaris aperiant; Septuag. Interp. lectiones, vel Hebrææ, aut Græcæ lingue phrasæ (quas vocant *Idiotismos*) cogitatu apprimè respondentes, in medium statuunt. Sic *Numer.* 11. v. 32. pro *Sicaverunt* (quod N. Vul-

gata) *Expandendo expandunt coturnices per gyrum: & Genes. 44. v. 5. Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo vivit Dominus meus, & in quo augurari solet*. Septuag. le- çio: *In quo augurio auguratur*. Græca ad illud *Tobie* 5. v. 19. *Ex magno genere es sus, legit: Non erraverunt in errore. Pro Cogitationes fideles fidelitate*. Pro *Cantabitur canticum cum suavitate*. Mich. 2. v. 4. *Lamentabitur lamentum lamenti*. Ne fastidio sint, plurimis superfedo. At sciendum, aliquid peculiare aliquando habere huiusmodi *Idiotismos*, seu Hebraismos, sicut contingit in qualibet lingua. v. g. *Num.* 30. 3. *Si qui virorum votum Domino voverit*, ubi Hebr. *Ligaverit ligamen super animam*: ut explicetur propositum irrefragabile in voto, cum poena fractionis. *Preputiare preputium*, ad illud *Levit.* 19. 23. idest, esse immundum. *Seminari semine*, ad illud *Num.* 5. 28. nempe, concipere. *Cingi cingulo*, ad illud 3. Reg. 2. 2. hoc est, virum se gerere. *Confessari confestando*, quod etiam sæpe in *Vulgata*, significat aliquem coram testibus admonere. Plura prætermitto brevitate gratiæ.

3 Ex his liquet, quomodo intelligendû, in Scriptura esse Tautologias, & non esse atque quo pacto Sancti PP. & DD. negent, & alruant. Dummodò Tautologia, seu Pleonasmus accipiatur formaliter; relegere debemus huiusmodi schema à Sacro eloquio: si verbaliter tantum admitti censeo. Ratio patet demonstrativa. Constitutum enim Tautologia formalis est eiusdem sententia repetitio: perperam erit formalis Tautologia, ubi illa repetitione formatur alia sententia. Clarius ergo patebit infra. Sacra Tautologia in repetitione propter repetitionem gaudent distincto conceptu formali, ac habent verba materialiter prolata in Tautologijs cuiuslibet scripturæ profana. Hæc enim tantum valent, quantum sonant; ut patet testimonijs prædictis, & in pervagato Virgilij (etsi propugnatores habeat) *Faciem mutatus, & ora*. Quid amplius per *Ora*, quam per *Faciem* Poëtarum facile Primas enunciat? Nihil. Verba utique glomerat. Semper idem sub eodem: eam purus putus circulus sit, seipsam involvens; de quo dicere quimus, quod ipse aliò: *Sequiturque sequentem*. In facris verò Tautologijs possunt aliter, quam prout iacent, intelligi nuda propositiones, seu themata: idest, habere alium sensum formalem (imò plures) discretum à conceptu expresso per verba. Perspicue constat. *Psalm.* 117. v. 18. dicitur: *Castigans castigavit me*

Certum  
quod ha-  
bet idio-  
tismum,  
in  
qualibet  
lingua.

Quo pã-  
do sine  
et mu-  
sio in  
Scriptu-  
ra vocat  
Tautolo-  
gicæ.

Virgil.

# & operis argumentum.

Hieron.

Beda.

Tautolo-  
gia non  
Tautolo-  
gicæ.

Sanct.

Ulpian.  
Bild.  
laon.  
Decian.  
Menoc.  
Tutch.

*Dominus*. Genes. 2. vers. 17. *Morte morieris*. Si huiusmodi propositum non haberet sensum alium distinctum à conceptu expresso, seu verbaliter prolato; esset profectò formaliter tautologicum: cum autem sententia polleat alia significatione (siquidem homo non moritur morte, cum habeat gratiam, vitæ vitam, ut dicitur Ioann. 8. v. 51. & 11. v. 25. *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet*. Et possit micat dilectio, quæ videtur castigatio, uti dicitur cum, Hebr. 12. v. 6. cum 1. *Ioann.* 3. v. 14. & *Apocal.* 3. v. 19.) hinc est, quod vocaliter tantum sententia sit tautologica: igitur continent eundem sensum verborum, non tamen eundem sensum animi, mytheria, & profunditate arcanorum maximam, ad quorum intelligentiam verba repetita deserviunt; & quibus excitatur animus, & rationis acies, ut sub illo prolato magnum aliquid & excelsum consideret, quod pulsanti aperitur.

4 Auctores præfati incipientur in Scriptura Tautologias. Hierarches Sacrarum literarum Hieronymus (estò miretur Doctus, Gaspar Sanctius) asserit inventiri. Bene omnes. Illi à Scriptura Pleonasmos, & similia schemata arcent; quia eiusdem sententia per alia, atque alia in illis sit repetitio: *Et in libris sacris* (ut idem Hieronym. ait in cap. 3. *Epist.* ad *Ephes.*) *singuli sermones, syllaba, apices, & puncta plena sunt sensibus*. Astipulatur N. V. Beda ferè eisdem verbis, *Homil.* in illud Evangelij: *Lota unum, aut unus apex*. Hieronymus haud excludit Tautologias, imò amplectitur; sed vocaliter tantum. Ipse lib. 1. *Comm.* in *Matth.* dicit: *Quæ minima putantur in lege, sacramentis spiritualibus plena sunt*. Patet ergò voces tautologicas, componentes orationes, admitti; sed non tautologicè componentes, uti apparet in profanis. Tautologias in quam, & non tautologicè; *Cum studium ardens* (verba Sanctij sunt in *Cant.* 1. v. 1.) *& conatum ingentem indicet vox addita, quæ nihil videtur addere sententia*.

5 Quid in facris, si in profanis etiam sensum à communi interpretatione geminatio sciungit? Vide leg. *Si stipulatus* ff. de *Usuris*. Leg. *Ballista*, ff. ad *Senat. Consult. Trebellian.* Ulpian. in leg. 1. ff. *Nauta caup.* *Baldum Consul.* 174. num. 1. *Volum.* 3. *laon.* in leg. *Cum filio familias*, num. 65. ff. de *Legatis* 1. *Tiber. Decian. Consul.* 3. num. 18. & 19. *Volum.* 2. *Menoch.* lib. 4. *Præsumpt.* 81. num. 24. *Card. Tutch. tom.* 8. *conclus.* 158. num. 2. ubi: *Verba geminata habent virtutem omni modo*. Hucque

pertinent verba Imperatoris in leg. 1. *Cod. de Emendatione*. Consultè etiam Marzar. *Consil.* 28. n. 8. *Surd. Consil.* 369. num. 19. *Anton. Petra de Fidei commissis, quest.* 15. num. 200. *Francisc. Beccium Consil.* 24. num. 24. & 25. *Volum.* 1. *Parisi. Consil.* 58. num. 10. *Volam.* 3. & denique *Tiraquel.* in leg. *Si unquam*, verb. *Revertatur*, num. 50. Omnes hi mytherium, seu conatum, & certum quid in geminationibus notant. Quid, ni Sacri in facris? Apud Hebræos nonnumquam aliquid intèdû in geminationibus traditio fuit: ideoque quia in Hebræo, *Deut.* 14. 22. *mandatum de decimis est cum geminatione: Decimando decimabis*; bis herbas decimabatur, virides scilicet, & siccas. Observant Arias Montan. in *Matth.* 23. 23. & *Menoch.* lib. 2. de *Republ.* Hebr. cap. 4. *quest.* 3. Idemque Genes. 28. v. ult. vide *Oleat. hic.* Sacramenta equidem continent verba facta mytherijs. *Quorum fructus* (ait Chrysofost. *Homil.* 20. in *Genes.*) *miserimus amittunt, qui transiunt simpliciter ea, quæ Scripturis sacris continentur*.

Marzar.  
Surd.

Ant. Pe-  
tra.

Beccium  
Parisi.  
Tiraq.

Arias  
Mont.  
Menoc.  
Ol. alt.

Chryso-  
stom.

## §. III.

### Quid Macrologia, Acyrolologia, Perissologia, & Battologia, & an inveniatur in Scriptura?

**N**ec quia Pleonasmus, aut Tautologia vocalis in Biblijs à nobis admittitur, licet inferre, *Macrologiam Battologiam*, & alia schemata memorata, de quibus nunc brevi, & obiter agendum, adhuc materialiter in facris inveniunda.

Non *Macrologia*: quia nihil aliud, quam *Prolixitas sermonis sine succo est*, novaque caret in repetitione sententia: ut moleste Catullus, in *Nuptijs Iulix & Manlij.*

*O Hymenæe Hymen,  
Hymen ò Hymenæe.*

Et *Tragic.* in *Herc.* Oct. v. 1870. 1877. & 1908.

*Reddite tantis. Totus, totus  
Personet orbis.  
Lugere decet: nunc nunc funus  
Plangite verum.*

*Nempe Alcides mortalis obit:  
Nempe sepultus.*

In Scriptura autem nihil otiosum. Neque enim vel syllaba, vel apiculus (profert Chrysofostomus *Homil.* 21. in *Genes.*) est in facris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam

Macro-  
logia.

Catull.

Senec.

Chryso-  
stom.

Prologus Galeatus,

piam thesaurus. Quo profecto fruitur anima, dummodo ad capessendam lucem arcanorum, studio exerceatur. De quavis Scriptura pagina dicendum, quod Hieronymus de Apocalipsi, Epist. 103. ad Paulin. Tot sacramenta habet, quot verba: parum dixi pro merito voluminis: laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentia.

Hieron.

Acrylogia.

Virgil.

Sophoc.

Protopoetia.

Somatopoeia.

Epiph.

August.

Perissologia.

Virg.

Senec.

Ovid.

Sanc.

maximè ad affectum animi explicandam cum nullum verbum in Scriptura sine mysterio sit. Nullum ergo, ut asserunt plerique PP. & DD. ita ut Spiritus Sanctus non tantum inspiraverit Scriptori sacro sententias; sed etiam omnia, ac singula verba, seriem illorum, & ordinem, usque ad ultimum apicem. Assentiantur Augustinus. lib. 6. Confess. cap. 5. & lib. 12. cap. 24. Gregor. Magn. in Proem. Moral. cap. 1. Chrysostom. Hom. 29. in Genes. Theodoretus in Psalm. Prefat. Epiphani. Hares. 78. Ambros. lib. 1. in Luc. ad illud cap. 1. Sicut locutus est per os Sanctorum. Alap. in Encomio S. Scriptur. Tena. lib. 1. Usages S. Scriptur. different. 1. sect. 3. Salmer. Proleg. 26. Lorin. in 2. Petri cap. 1. Sherlogus tom. 1. in Cant. Ant. 7. lect. 1. num. 3. Serarius cap. 4. Proleg. quæst. 20. N. Percezzius in Pentat. fidei. vol. 3. Dub. 10. cap. 6. & Sebast. Percezzius Episcop. Oxomeas. in Sacr. Script. Regul. 2. Ex Scholasticis, Suarez in 3. part. D. Thom. Dissp. 16. sect. 2. Valentia tom. 3. quæst. 1. part. 7. & lib. 8. Analysis, cap. 5. punct. 4. ad 3. Ioann. à S. Thoma 2. 2. d. 9. art. 1. Bannez 1. part. quæst. 1. art. 8. dub. 3. conclus. 2. Azor tom. 1. Infit. lib. 8. cap. 1. quæst. 11. Ex Controversiis, Montoya de Concord. sacr. edit. libr. 1. contro. 3. Basl. Legionens. 1. part. var. quæst. 4. expos. cap. 1. Mendoz. in Quod. lib. & denique Petrus Annatus in Theolog. Postio. lib. 2. art. 6. Si ex lege nec unum iota, nec unus apex præteribit, quomodo nobis tutam erit vel minutissima transilire? Hæc Basl. in Proem. lib. de Spir. Sanct.

4 Minime Bathologia, qua vitiositas sermonis: est enim eiusdem rei supervacua repetitio. Ut illud Ovid. licet in persona Bati, lib. 2. Metamorph. Fabul. 11.

Sub illis Montibus, inquit, erant: & erant sub montibus illis.

Risit Atlantes: & me mihi perfide prodidit. Me mihi prodidit? ait.

Unde Oven. lib. 1. Epigram. 10. taxat Bathologum:

Vox tua mensuris desiderat è tribus unam: Lata satis, nimium Longa, Profunda parum.

Longè abest à Scriptura similis loquacitas. Serio omnia. Nihil in ea continetur, quod non aliqua ratione dictum sit, & latentem habeat in se utilitatem: ait Chrysostom. Homil. 28. in Genes. Sive verbum, sive syllaba, sive denique apiculus, preciosis onusta divitijs, acie intellectus, cibo salutari Scripturarum inbiantis, fruenda largiuntur quali mala Hesperidum. Omnia summa, & minima

Basili

Bathologia.

Ovidi

Ovv

Chryso

stom.

maxi-

& operis argumentum.

§. IV.

An omnes Scripturae geminae rationes sint tautologicae?

Ed ne in æquivoco laboremus, scitu dignum iudicavi lecturo, non omnem geminationem esse Tautologiam: nam si eadem vox iteratur in principio orationum, ut illud Psalmi. 28. à v. 3. usque ad 6. Vox Domini super aquas: vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia: Græcè dicitur Anaphora, seu Epanaphora; id est, Relatio. Si in fine, vocatur Epiphora, vel Epigrophe: ut 2. Cor. 11. 21. 22. In quo quis audeat, audeo & ego. Hebrei sunt, & ego. Semen Abrabæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt (ut minus sapiens dico) plus ego. Utrumque sehem, Anaphoram scilicet, & Epistrophem continet Synplocæ, quæ Latine, Complexio: fitque cùm plures orationes ab eadem voce ducuntur, & finiuntur: ut Daniel. 3. à 52. usque ad 88. Si verò replicatur præcedentis in fine, & initio subsequentis; dicitur Anadiplosis: ut Ioann. 1. 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Si gradatim, sit, aliquid ex aliquo deducendo, dicitur Climax: ut ad Roman. 5. 3. 4. 5. Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò spem: spes autem, &c. Pertritum apud Nos: Quoniam pressa, non cobra: quoniam cobra, non in tiempo: si in tiempo, non todo: si todo, non tal: si tal, enemigo mortal. Si eadem nomina diversis calibus, discretisque generibus, distinctam sententiam eformant, dicitur Poliptoton: Latine, Traductio. Si denique termini commutantur, ita ut reflexis, secunda oratio primæ contraria producat; dicitur Epanodos: Latine, Regressio, vel Retractio: ut illud Christi, Marc. 2. 27. Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Hispani vocant: Retruccano. Profanorum testimonijs ablineo, quippe crebro teruntur.

2 Epizeuxis, sive Palilogia, Latine Combinatio, est coniunctio vocum, vel vox absque medio continua: plerumque in Scriptura invenitur cum Epitaphi, seu exaggeratione. Significat certitudinem, & firmitatem sententiæ: ut Ventrem meum, ventrem meum doceo. Item. 4. 19. Malum est, malum est. Proverb. 20. 14. Iniquitatem, iniquitatem. Ezech. 21. 27. Unde prout penduntur, & ponderantur affectus, vel effectus

Anaphora, & Epiphora.

Epiphora.

Hebraea, & Symplect.

Anadiplosis.

Climax.

Poliptoton.

Epanodos.

Epizeuxis.

Deut.

Maxim. Sand. Leonar. Mar.

Basil.

Chryl.

August.

maxima. Expediebat etenim sine sacramentis non esse, ut Auditor operis in ipsomet operis agnosceretur specie. Unde Deut. 4. v. 2. Non addetis (dicitur) ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Si quis audacter supprimit, aut seculus literio apponit (quod Hæretodoxi crebro, siquidem sibi sapientiam arrogantes, & fidem derogantes, terminos expungunt, vel mesofcio- li grammaticestri rodunt; quorum deliria videris apud Maximilianum Sandæum in Grammatic. Profan. contra Novatores, Commentation. 9. per totam, & Leonard. Marium Prolegom. in Sacram Script. quæst. 6. sect. 9. ubi Hieronymomastigis Hunni, & aliorum eiusdem farinae capitonum impudentiam, & inscientiam iure mirabere (vide §. 7. num. 4.) igitur illius exclamatio ferè in quovis nomine, aut voce: Validum Seno bono Prisciano inflicum vulnus (bonum appellat, quia ex illis fuit, & à fide desciivit. His parco; quippe neque audiuntur placido stomacho) Iudicat infante, & inflato spiritu, & indicat verba sacra sine illa altissima plenitudine myseriorum; & oscitanter, oculorūque tumulu perlegit inscrutabilia: Cùm debeat (ut Basilius commonet, ubi supra) quid in quaque dictione, quid in quaque syllaba reconditi sensus lateat, perscrutari. Chrysolothus Homil. 21. in Genes. Nihil hic scriptum, quod non habeat multas sensuum divitias. Huic favet sententia Augustini Epist. 3. ad Volusian. & in Psalm. 74. Non putetis repetitionem in verbis sanctæ linguæ, quasi loquacitatis esse appetitum, sepe ibi repetitio firmitatis habet vim. Hoc peculiare habent divina verba, plenitudinem scilicet sapientie, abundantiam sensuum, ubertatem sacramentorum, copiam inscrutabilium: etenim profana, estò miserando studio poliantur, lustrentur & illustrentur, formidines in sic sunt, terriculamenta, inanis sapientie simulachra (mel, & lac sub, non in lingua) sine veritatis nuda, sonis crepitanca, tumida, ventosa, inflata, intus vacua radijs, & extrâ fuscata acurate bracteolis. Patet in præfatis quatuor schematibus, quorum similitudine cum Tautologia dacti AA. supra memorati; sicut illa, ira Tautologia a sacris Biblijs eliminare conantur. Proposito ergo utrorumque discrimine, liquet, quid in Scripturae folijs respuendum ut distonum; & quid mente & corde amplectendum, ut proprium.

\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*